

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=1
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Georg 503

Dorlandus

Landesbücherei * Dessau *

Georgs-B.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=2

# LAMENTATIONES GERMANICAE NATIONIS

7.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=4
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

LAMENTATIONES GERMANIAE.

# TRENI HIE-
## REMIAE MISTICATI.

Et factum eſt poſtq̃ in captiuitatem ROMANAE uoraginis ducta eſt inclyta GERMANIA. ſedit enim euangelicus preco magnificus, & amaro ſpiritu eiulans & flens lamentationem hanc ex imo corde ingemiſcens. Ait.

in puluere deſpectiõis nõ ut olim curiali
merito mirat̃ in ſolio gloriæ & honoris. um Ro
Quomodo ſedet ſola Germania pre

quia nemo reſiſtit iſtis quando aliæ natiões Ro
mani epĩ lupis rapacibus mano impatori germani
dæ expoſita plena quondam

co cõtribuebãt, qñ nõ quia ab omnibus lacerat̃ & nemo ei
emebantur pallia, bñfi patrocinat̃, papa uincit omnes car-
cia, ſacramenta. tulis ſuis.
diuitijs? facta eſt quaſi uidua

iure dñari deberet Germania alijs gentibus, quia Romanũ
ſed iam ſeruit Romanis ſtabularijs. Regẽ & Impa-
domina gentium. Ipſa prin

torem habet, & fortior uirib9, Cui?uni homini preſbytero
audatior animis. & hoc parũ, quia etiam Ro
ceps prouinciarum facta eſt ſub

manis popinarijs, mularijs. &c̃.
tributo.

NOTVLA PRIMA. Nemo putet Martinũ Luther hæc ſcripſiſſe ſed in libris ſuis ſententionaliter utiq; uerbis ex



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=5
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

preſſis planxit quod Germania prorſus a Romuliſtis deuo-
ratur, & quaſi iuratum Cayphæ mancipium tractatur.

NOTVLA SECVNDA. Quidam experti de Cu
ria & familia illuſtriſſimi MAXIMILIANI Imperatoris
defuncti dixerunt cuidam prelato quem noui, ex cuius ore q̊
q̧ audiui, quod Papa habet duos curiales, q̧ quottānis de ſa-
cro noſtro Imperio trecenta milia aureorum confiſcantur, cor
radunt & predantur, præter accidentia de quotidianis litigijs
in curia pro patrimonio crucifixi Ieſu. Qui iſti curiales peſſi-
mi? Nomen uni gyeſy de ueteri lege, nomen alterius Symon,
non ille Petrus apoſtolus, ſed Symon magus unde Symonia
dicitur. Quid Imperator habet de Imperio dempta hęredita-
te? Reſponderunt pręfati, non plene duodecim milia aureorū
quibus legationes & nunctios ratione Imperij miſſos non po
teſt exoluere. Heu quam dolendum hoc, heu quam miſeran-
dum hoc. Quo res redacta? quo peruenit Alemannorum glo
ria? Inuenit aliquis Curtiſanus qui parum minus habet quā
Imperator de Imperio. En quæ nos dementia cœpit, en quam
cęci ſumus, quam iniuſtiſſimis mādatis Romani Epiſcopi pa-
remus, fauentes cum damno noſtro maximo Symoniacæ pra
uitati, quæ hæreſis & prima hæreſis fertur in eccleſia. Ita me
dij bene ament ſalua fide, ſecurius & melius eſſet nobis ſub
Turci Imperio uiuere, quam ſub noſtro excoriatore immitiſſi
mo, qui tamen pater omnium uult dici. Pater (ſecundum Pau
lum) debet theſauriſare filijs, non filij parenti. ſed ille Roman⁹
pater prorſus omnem filiorum conatur uorare ſubſtantiam.
Niſi pius Deus cito per famulum ſuum CAROLVM ma
ximum ſubueniat, actū erit de Germania. Cartulis ſuis excom
municatorijs omnes nos uincit, & quia obedimus (quod non
parum dolendum) ſubſannant nos Romuliſtæ, quaſi ſtultiſſi
mos homines, nec ſperandum pręmium a Deo pro iſta impia
obedientia, ſed potius timenda pœna æterna, quod mandata
Dei non tenemus, & uni Cayphino homini cum tremore cele
riter paremus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=6

NOTVLA TERTIA. Quibus facta ſit Germania tributaria, notatu dignũ eſt ut ſciat ſuis obedire dominis. Sũt autem domini eius Mammon, Symon, Gyeſy, Scribæ, Phariſæi, Stabularij, Mularij, Aſinarij, Caballarij, Bubularij, Cattarij, Muſcipularij, Gliricaptarij, Popinarij, Fimarij, Cloacarij, Aniterſarij, Meretricarij, Epulones, Glutones, Potores, Nebulones, Luſores, Virginum corruptores, Zodomitæ ciues, & populus Gomorræ. Hij noſtri domini, Prepoſiti, Decani, Scolaſtici, Cuſtodes, Canonici, Plebani, Vicarij. His Papa prouidet patrimonium crucifixi Ieſu in Germania, hi dotati beneficijs a noſtris parentibus olim fundatis, his noſtri filij, Baccalaurei, Magiſtri, Licentiatiq; ſeruiunt in terra noſtra, calceos & ocreas uel caligas extrahunt, aſini & bularij ſunt domini, Cartula Cayphæ hoc mandat. &c̄. Horum cartulas & mandata pluris facimus quam dei præcepta, quæcunq;. ideo iuſte ſumus ſub tributo.

Plorauit iam nocte aduerſitatis quia non uigilauit in die proſperitatis ſponte ſe ſubiecit, coacte iam ſeruit.

Plorans plorauit in nocte & lachrymæ eius in

ſed riſus in maxillis Romuliſtarum qui gaudent de noſtris malis. iuſte hoc ꝑmittit Deus quia uolentes conſolari

maxillis eius, non eſt qui cō-

Alemanni perſequunt̃ & odiũtur,

& remediari ipſimet. ſic fecere Imperatori Friderico. ſic

ſoletur eam ex omnibus cha-

qui merito deberent eſſe

Gulielmo ockam. iam Martino. amici.

ris eius. Nam omnes amici eius

Vnde qn̄ Papa excommunicat Imperatorem, mox cartulæ

ſpre ue runt

obedientes Papæ, depoſuerũt eum nostri principes electores. — patet in Gelrenſibus & Suitenſibus.

eam — & facti ſunt inimici.

NOTVLA PRIMA. Romuliſtæ tot & tantis retib⁹ fraudis & tyrannicæ dominationis inuoluerunt Germanos, blandicijs primo infatuatos, quod non ſpes euadendi uidetur ulla, niſi quod fuſtibus & gladijs dirumpamus uincula eorũ, & proijciamus a nobis iugum ipſorum, ut domino libere ſeruire liceat. Nec poſſunt omnes foſſores in mineralibus montibus totius Germaniæ tantum auri & argenti effodere, quantũ Roma uorat, abiſſus infernalis eſt. Roma apud gentiles olim aurum & argentum prouinciarum reſpuit, terram modicam pro tributo petijt. teſtis hodie mons omnis terræ. iam Cerberum Romanum nec ipſe Iordanis ſatiare poſſet, etiam ſi aureus per os eius permearet. Videte qualis iã ſucceſſor Petri pauperis, an non potius impij Neronis Chriſtianos ſpoliantis.

NOTVLA SECVNDA. Quãdo Germania prorſus exhauſta fuerit ære & argento & auro, tunc nõ remittentur nobis miſellis amplius peccata, nec uenient ad fores mulgentiæ dixerim indulgentiæ, ſed erimus in maledictiõem & in deriſum omni populo. Antiqua caldaria, rubiginoſas patellas ollasq; æneas cudemus pro moneta noſtra, & quaſi tempore Antichriſti nemo emet a nobis, nec uẽdet nobis, has meremur iam gratias dando noſtra Romanis ſtabularijs.

NOTVLA TERTIA. Multo iam tempore Romani Epiſcopi qui eccleſiæ theſauros exhauriunt, & ideo pacare debẽt omnes principes orbis Chriſtiani, ſummo conatu & ſtudio ſubdolo effecere eoſdem diſcordare, quia eorũ diſcordia uidetur Romani pontificis pax & potẽtia. timet enim eccleſiæ reformationem per concilium ſi Reges eſſent concordes, ideo inſerit ſubtiliter ſicut inimicus homo zizania. cum ipſe tamẽ quotidie ſummis uiribus deberet laborare ad bonum Reip. Chriſtianæ, ſed Petronizat & Chriſtianizat ſicut Iudas. O Pe

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=8
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

tre apoſtole ſi iam uiueres uix Campanator fieres, ſi autē Papa iam eſſes, quam opulentus eſſes, oporteret te rurſus negare Chriſtum pauperem, aut deponi.

ſcilicet ad curiam Romanam ut ſeruiat in ſtabulis. ſcilicet clerus indoctus, uolens ditari beneficijs Symoniacæ poteſtatis.

Migrauit hinc populus multus,

quia, quaſi omnia beneficia noſtra ſunt Romuliſtarum, quę grauant abſentijs. i. inter Romanos curiales, nec deum nec

propter afflictionem, habitat inter

homines timentes, & ideo deteriores gentilibus. Non enim ſatis eſt Romuliſtis ꝙ nr̄i eis ſeruiūt in ſtabulis, ſed &

gentes nec inuenit rē

oportet aurum nr̄m tribuāt. hij ſunt curiales adulatores

quiem, omnes perſecutores

non faciunt talit̄ omni nationi, nec patiunt̄ ut nos, alij populi. dicūt em̄ Romæ, o ſanctiſſime, Alemanni multū timēt

Germaniæ apprehenderunt eam

excōmunicationem ueſtram, igitur fulminetis in eos & obedient in omnibus.

inter anguſtias.

NOTVLA PRIMA. Dolendum quod Germania abundat mineris, & abundaret pecunijs niſi prædaret̄ a Romanis. & tamen uagantur Alemanni per mundum ſicut Girouagi Inſulani, uulgo zegeiner pro ſeruitijs uilibus habendis in ſtabulis, in popinis. Item pro pauculo ſalario extero exponūt, & corpꝰ & animā morti tēporali & æternæ, ſicut uidemꝰ in noſtris martialibus Lantsknechten, cuiꝰ radicalis cauſa eſt quia Germania euacuatur ære ab ipſis Romuliſtis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=9
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

NOTVLA SECVNDA. Romanus Epiſcopus excommunicat iam ueritatem dicentes & defendentes, & benedicit eam peruertentes, ſcripturam corrumpentes. & ſiquis eũ pro Deo adoraret credo, non abnueret. Dicitur em̃ a ſuis adulatoribus Deus terrenus, Imperator omnipotens, ſanctiſſim⁹ nomine, licet peſſimus ſiet opere, omnia hæc lubens ſuſtinet. Nunquid & Petrus hæc ſibi uſurpauit? ſed qualis Deus talis eius creatura, ut cernitur in ſuis carnalibus, dixerim Cardinalibus, præſertim in Italia, uidemus in ſuis ducibus & Doctoribus ab eo creatis. O creator ſis tibi propitius, crees tibi aliud cœlum, nam timeo noſtri creatoris cœlum nõ ſic intrabis, crea tibi aliam terram, quoniam hic non manebis.

NOTVLA TERTIA. Excommunicationes Papæ, pro eo ſi quis ſuis literis non obedierit in Symoniacis contractibus, in non preſentãdo ſuos curiales, beneficia de menſe Papali inuadentes, non plus timeantur quam Cayphæ excommunicatio quæ excommunicat omnes apoſtolos, & in ea excommunicatione mortui ſunt, & ideo beati. ſi excõmunicationem timuiſſent & ei paruiſſent damnati eſſent. Hoſtienſis ſile.

Continens pro contento ponit̃.i.hoĩes uolentes ire ad cœleſtẽ Syon.i.beatitudinẽ iam merito lugent cuius rõ, quia iã nemo

Viæ Syon cœleſtis lugent eo ꝙ non ſunt qui

ſaluat̃ ſecundũ Romanos curiales, niſi q abũdauerit pecuniis, plus quã ſcribæ & phariſei, & dederit Romano pontifici.

ueniunt ad eius iocundam ſolennitatem.

ſcilicet in Germania. Papa em̃ reſeruauit ſolã unã portã aptã ꝑ quã intrat, btũs hõ, cui hæc temporalia ſunt & Papæ tribuit.

Omnes portæ eius deſtructæ,

i. Germaniæ. | quia fructũ bñficiorũ tollunt abſentes | quia Curtiſanorũ cõcubi

ſacerdotes eius gementes. uirgines eius ſquali

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=10
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

næ factæ non ſic aliæ nationes quis em̄ ſanę mentis nō do
dæ & Germaniæ oppreſſa ama
leat ſtatum eccleſiæ ſic deſumptum.
ritudine.

NOTVLA PRIMA. Olim Chriſtꝰ dixit beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Iam Romuliſtæ correxerunt textum. Papa enim ſecundū eos iudicare & corrigere habet omnia præter ſeipſum, & extollitur ſupꝛ omne quod deus dicitur & colitur. Dicunt igitur ſic iam, Beati diuites & quicunqꝫ nobis & Papę ſua bona tribuentes, quoniam iſtorum eſt regnum cœlorum. Papa enim aperit iſtis, nō alijs.

NOTVLA SECVNDA. Dubium iam uerſatur grande apud plæroſqꝫ. An Papa rurſus habeat claues ad cœlum. Nuper enim quādo ibat dormitum poſuit claues ad pedes lectuli ſui, & clam uenit fur, cui nomen Sathan, auferens furtim claues cœli, & ſuppoſuit claues infernalis abiſſi, & ſic abijt. Nec ſtolidus ſoluit hoc.

NOTVLA TERTIA. Proles Coſmę Medices aſſueta eſt malo dolo, & uſurarijs ac Symoniacis negotijs.

Romanus ep̄s & eius creatura Carolꝰ ma-
ac familia, & Franci, &.N. ximus loca
Hoſtes Germaniæ facti ſunt in capi
bit eos, ut ſcilicet adulatores de nr̄is bn̄ficijs & .i. clerici
ſpō ī cauda. curiales. pallijs emptis. in ætate
te inimici eius locupletati ſunt par
melius diceret ſunt em̄ mancipia quaſi captiua
mediocri. ſeducti. Romanorum.
uuli eius ducti in captiuitatem,
Germaniæ. inſenſati quod huiuſmodi pa-
principes eius ſicut arie

quia paſtor idolũ.i.N.depa
tiuntur contra omne ius. ſcit omnia.
tes nõ inuenientes paſcua.

NOTVLA PRIMA. Hoſtes nři in capite ſunt Curtiſani, iam noſtri Prępoſiti & Decani. &c̃. ut ſupra. Noui unũ qui fuit Aniterſarius Romani pontificis, qui ſedecim poſſidet beneficia, & quidem opulentiſſima.

NOTVLA SECVNDA. Iuuenes noſtri pergunt Romam ad ſtabula mulorum & bubulorum, & ibi promouentur a creatore ſuo in maiorem dignitatem, & ad meliorem prouiſionem, quam ſi apud nos doctor Theologiæ decem annis ordinarie legerit. Videte prouiſorem eccleſiæ.

NOTVLA TERTIA. Multum iraſcor Petro q depauit & rapuit omnia, nil iuris reliquit conſocijs apoſtolis. ſi enim Papa habet quæ Petrus, oportet Petrum hæc habuiſſe.

Vexatio Romuliſtarũ dedit ſero intellectũ. a Romani pon
Recordata eſt Germania affictio
contra primitiua ſacra cõcilia obediendo
tificis curialibus. Romano epiſcopo tanq̃ uniuerſali. &c̃.
nis & preuaricationis ſuę,
quia menſes Papales non erant, nec nã
pallia emere oportuit. ſcilicet priuilegia. oli
& omnium libertatum, & quæ habet a
primas parthenopolitanus cõfirmauit
omnes epiſcopos Germaniæ.
principio, ſed iã omnes q
Thurci, Saraceni, Tartari, Moskouite, nã cotidie irruunt in
Ruteni, arabesq̃. ecclĩæ regna p̃dãtes.
glorificabant eam, ſpernunt eam,

q̃a ignaui facti ſunt Reges nr̃i ſe lacerãtes, infidelib⁹ parcẽtes.
uidentes ignominiam eius.

NOTVLA PRIMA. Dolendum nimis quod iam unus cento uilis. i. pallium debet redimi aliquando uiginti-quatuor milibus aureorum, & proceſſione obuiari, dũ is demon affertur de Roma. O cæcitas. Quid ſignat cento ille rete Petri, ſed dic Petre, nũ omnia retia tua tot ualuere aureos?

NOTVLA SECVNDA. Olim ad cameram primatis Parthenopolitani dabantur forte quinquaginta aurei, uel triginta pro pallio, id eſt confirmationis literis ſcribendis, ſed iam tantum, uidelicet quantum epiſcopatus habet.

NOTVLA TERTIA. Epiſcopus Metropolitanus in Germania ſuper ſuos epiſcopos confratres, & quaſi ſuffraganeos potiorem habet iuriſdictionem quam Papa ſup eoſdem, primas ſuper omnes Germaniæ epiſcopos illo modo.

Oculo miſericordiæ tuæ. — iniuſtam & tyrannicã a Romanis.
Vide domine afflictionem eius, quoniã
quia impiguatus, dilatatus, incraſſatus. — i. Romanus ep̃s ſpoliator. — nam factus eſt ſecundũ ſuos adu
erectus eſt inimicus, manum ſuã

latores omnipotẽs, dñs terræ, & ideo nõ reſtat ei niſi dicere & mandare, hoc uolo, hoc nolo. — ſcilicet prohibere non
mittit ad omnia deſiderabilia eius, uidet

audet, timens Cayphinam excõmunicationẽ maiorẽ. — ſcilicet Romani epiſcopi. — p̃ lr̃as
Germania curiales ingredi

Prepoſituras. &c̃. — melius ſcientes Mulũ ſternere quam euangelium legere.
ad pinguia beneficia, inſulſos, inæptos,

in euangelio Ioannis. — Symoniace.

de quibus præceperas ne intrarent

quia fur non uenit niſi ut furetur, perdat, & mactet.

ut fures eccleſiam tuam.

NOTVLA PRIMA. Olim Imperator Romanus confirmabat, uel infirmabat Papæ electionem, ſicut & ſanctꝰ Gregorius confirmatus eſt in papatu ab Imperatore. ſic in ueteri lege Dauid & Solomonis filius amouebant & admouebant ſummum ſacerdotem, ſecundum quod regno expedire uidebatur. iam uerſus ordo. Imperator debet iurare (ut aiunt) Romano plebano, quidꝫ ut ſinat eũ libere mactare oues Chr̃i, prouincias euacuare denarijs.

NOTVLA SECVNDA. Chriſtus pro ſe & Petro dedit tributum Imperatori gentili, & per nomen eius obedierunt ei, nõ autem ſummo ſacerdoti Annæ, Cayphę talitꝰ fecit.

NOTVLA TERTIA. Quicquid Papa uult, ſcribit, & ſigillat, & tunc pro iure habetur a Iuriſtis quibuſdam, & cõcludunt, Papa ſic decreuit, ergo Aſinus uolat.

ſcilicet antiquos aureos, q̊s nec matres noſtræ in puerpio audebant cambire, ſic alij uendunt domos, agros. &c̃.

Dederunt precioſa ſua Germanici ſtulti

a noſtris fundatis parentibus. — alias indulgentijs, licet improprie. — i. deplumata, depauperata,

pro beneficijs & mulgentijs, & uindemiata eſt Germania.

ſpoliata, ſicut racemi poſt uindemiam. — qui diligitis Germaniam.

O uos omnes

per ciuitates, per uillas, per montes, & dumeta. — q̃les ſint ibi

qui tranſitis Germaniam, attendite

quod ſicut Romani q.d. nulla ſic infa-
beneficiati prelati. aſini bubulati. tuat̃ ĩ papa ſicut ego.
& uidete, ſi eſt gens ſimilis mihi

nam cum damno animæ & corporis.
in ſtulta obedientia.

NOTVLA PRIMA. Papa mittit nobis petiam mẽ-branæ cum modico plumbo & filo Canapeo, & requirit au-rum electum. Num ſtultiſſimi ſumus negociatores?

NOTVLA SECVNDA. Romanus paſtor alienas oues bis mulget in hora, noſtri epiſcopi ſunt noſtri paſtores, & ita bene dicti & dei apoſtoli ſicut Papa, quia & ipſi ſucceſſo-res ſunt apoſtolorum, ut patet in iure & euangelio. Mulget an-te prandium dãdo literas perpetuis temporibus duraturas. Mulget poſt prandium, reuocando eaſdem iam datas, propt̃ pecunias, excõmunicando etiam aliquando eas literas quas ante horam dixit perpetuis temporibus durandas. Et ſic Ro-mæ eſt uniuerſale ante prãdium & poſt prandium, expedire credo noſtros laicos, dico & logicos hoc ſcire.

NOTVLA TERTIA. Pro omnibus bonis q̃ Ro-manis facimus & tribuimus, adhuc uiliores habiti ſum⁹ quã olim triginta Iudei uenditi pro uno denario, ac quam modo ſunt Mammaluci.

Reſpondeo, populo ſtulto & inſipienti, nec intelligenti, neq; nouiſſima damna prouidenti.

Cui comparabo te inclyta Germania?

rñdeo, in gladio & fuſtibus Caroli maximi, iuſtiſſimi. i. p̃dicãdo indulgentias extollentes papæ pote-
in quo conſolabor te? Pro phe tæ
ſtatẽ ſup oẽ q̃d deus eſt. aliqñ hæretica, ſicut ille q ait, qñ pe
tui ui de runt

cunia imponit̃ ciſtæ mox anima euolat. ſed tantũ p̃dicant de magnitudine mul gẽtiarũ, mendaciũ ſup mendacium.

tibi falſa, necaperuerunt tibi iniquitatẽ,

ſcilicet ut te ad dandas pecunias prouocarent, pereat anima uel ſaluetur. qñ uiderunt te credere ſu

ut te ad penitentiam prouocarent, plauſerũt

is fictitịs & cõtribuere. cõminando excõmunicatiõem maiorẽ .ſi qs ueritatẽ cõtra eorũ mẽdacia dixe

ſup te manibus, aperuerunt ſuper te os

rit. intra ſe. ſcilicet alemannos omnino ſpoliando.

ſuum, dixerunt deuorabimus.

NOTVLA PRIMA. Indulgentia eſt ueræ pœnitentiæ negligentia, relaxatio conſcientię, imminutio omnis boni, ditatio Romani pontificis.

NOTVLA SECVNDA. Melius eſt dare denariũ pauperi Chriſti ex charitate, quam centum aureos ad ciſtam mulgentiarum.

NOTVLA TERTIA. Omnia ſacerdotia, omnia ſacramenta ſunt uenalia. omnia mala admittuntur libere in indulgentịs, nam eas (pro uſu moderno) dant & confirmãt Symon magus, & Mammon diabolus.

Apud alemannos, ſcilicet fulget in frenis & meretriculis Romanis. q. d. nulla.

Quomodo obſcuratum eſt aurũ? quæ terra

iam nec Sacellũ uel altare in nemore ſitũ eſt tutum ab iſtis Curtiſanis.

ſic uindemiata? Miſericordiæ

totaliter ab iſtis lupis rapaciſſimis.

domini quia non conſumpti,

ſperamus enim iam (quia alemanni incipiūt damna & ſtultitiam ſuā uidere, ſicut caniculi nono die natiuitatis) p̧ Carolum maximum libertatem reddi nobis.

nec defecerunt miſerationes eius.

NOTVLA PRIMA. Pauperes noſtros & incarceratos ob debita non iuuamus, & trabes, calcaria, frena, & meretrices Romanas ditamus, ideo noſtræ matronellæ contribuentes merentur indulgentias, quas olim Iezabel fouendo & nutriendo quadraginta ſacerdotes Baal.

NOTVLA SECVNDA. MARTINVS LVTHER in acie conatur nos liberare de AEgipto & captiuitate Babilonica, benedictus a Deo.

NOTVLA TERTIA. Eckius teca fraudis diabolicæ, legatus Cayphæ, interpres Antichriſti, Hæreſum pręco, Germaniæ lœtalis hoſtis, peruerſor ueritatis, cudit cathenas apud Vulcanicū ignem, ut retineamur diutius & durius in captiuitate Romanorum ſtabulariorum. Maledictus a domino, aut reuocet q̊d nequiter depoſuit, Dicat oīs Iſrahel Fiat, Fiat.

# ORATIO HIEREMIÆ PROPHETÆ.

q̱ potes auxiliari. ab iſtis iniquis Romuliſtis.

Recordare domine quid acciderit nobis,

oculis miſericordiæ. iniuſte illatū a Romanis curialibus, a Francis, a Venetis. in fundandis beneficijs.

intuere obprobrium noſtrum, hære

per bancos & p̧ cartulas, i. bullas Romani pontificis. ſcilicet Curtiſanos, Car

ditas noſtra uerſa eſt ad alie

Papa em̃ hoſtis, epiſcopos nr̃os nõ ſinit zelan
dinales. &c̃. eſſe patres, ſed ſeruos. te ꝑ
nos. pupilli facti ſumus abs

papa eı̃ captiuos tenet maritos. i. epi
filijs. i. dioceſes. ſcopos iurantes.
ꝙ pr̃e mr̃es noſtrę quaſi uiduæ.

uerbis duris, probroſis, excom quo uult citat nos Roman⁹
municatorijs literis. pontifex de angulis mũdi.
Minamur ut pecudes ante faciẽ perſequentis.

ſcilicet epiſcopi, reges, oĩa ſucceſſori Petri tribuentes, & alio
& principes. rũ apl̃orũ ſucceſſores ſpoliando.
Patres noſtri pecca ue runt,

cũ dãno & cõtu ſcilicet Curi
melia noſtra. ales, ſtabu-
& nos eorum peccata portamus, ſerui do-

larij, cattarij, bubularij. &c̃. uſq; nunc, ſed erit cito a tam ui
minantur noſtri, non fuit qui

li ſeruitute. .ſ. letant̃ Romani ſuꝑ ſpolijs a nobis ſublatis.
erueret nos, defecit gaudium noſtrum,

ſcilicet Papa triplici corona inflatur, an & Petrus ſic?
cecidit corona capitis noſtri.

qñ ignorauimus Curtiſanos, qñ epi-
ſcopi nõ cogebantur iurare Romano
tu dñe ꝑ Carolũ tuũ. ep̃o, qñ cõciliũ Aphricanũ uiguit.
Innoua dies ſicut a principio

ꝓpt̃ nomen ſanctũ tuũ, q romanũ impiũ dediſti filio tuo dño
domine ſaluum fac Regem

noſtro Ieſu Chriſto. ut in adiutorem ſuum.
noſtrum ſperantem in te.

NOTVLA PRIMA. Non conſtat plane, an Romani grauius peccẽt Chr̄m uendentes, an nos alemanni ementes.

NOTVLA SECVNDA. Si conſenſeris o Germania Carolo maxīo, & ſimilit̄ docto Martino, liberaberis cito.

NOTVLA TERTIA. Si nõ, duplicabitur iugũ ſeruitutis tuæ, & ego ridebo.

# DE REGVLIS IVRIS.

Curtiſanis nullum de cætero admittatur beneficium, uigore bullarum apoſtaticarum, dixerim apoſtolicarum.

Curtiſanis nulla detur abſentia, ſed carceris pręſentia.

Curtiſani, & nomine eorum literas excõmunicationis portantes uel affigentes, cogantur uorare eaſdem cum omnibus appẽſis, nec detur potus ad hoc ut glutiant, niſi fel & acetum.

Curtiſani iam habentes plura beneficia examinentur, & ſi idoneus quis eorum ad unum admittatur, alia ordinarijs collatoribus reddantur diſtribuenda.

Curtiſani ubicꝫ capiantur, ſiquid inuadere uo-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=19
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

ſunt ut prius.

Annatæ non ſoluant amplius in æternum.

Nullum ſit de cætero reſeruatum in Aleman‑nia beneficium, nec Papæ, nec Cardinali, nec Epiſcopo. &c.

Excõmunicatio Papæ huiuſmodi ſit, ſicut Cayphæ excommunicatio.

Appelletur in grauibus negotijs ad futurum concilium, & non obediatur, donec illud celebratum fuerit, Romano pontifici.

Confirmatio Epiſcoporum ſit ex ipſa electione rite celebrata, & conſenſum a ſuo metropolitano requirãt, uel a primate Germaniæ. non emant centones Romanorum.

Capitula Canonicorum Epiſcopos eligere habentium, cõiurent cum ſuorum Epiſcoporum cõſenſu, de cætero ſe emere nolle centones a Romano põtifice. Nam eorum Epiſcopus iuſtiorem in ſua dioceſi habet iuriſdictionem, quam Epiſcopus Romanus.

Vt Rex eorum defenſor ſit in tẽporalibus bonis, teneant quod uſqꝫ nunc ſeruatum eſt.

Primatus eccleſiæ poteſt ita bene dari Epiſco‑

po Moguntino uel Colonienſi, ſicut Romano.

Papa de cætero non pingatur (minus imponatur) cum triplici corona, ſed cum quatuor Euangelijs.

Quicunq; ex Germania appellauerit ad curiã Romanam, expellatur, demergatur. ſi Epiſcopus, exbanniatur a Rege.

Indulgentiæ, uel potius mulgentiæ, non emantur de cætero a Romano põtifice, ſed Epiſcopi noſtri tempore neceſſitatis faciant eas prædicari, cum conſenſu Regis uel Imperatoris.

Raptores coerceãtur, aut omnia eorum, arces & fortalicia deſtruantur, & ſint ut Hiericho anathema.

De his pecunijs quæ huc uſq; ſunt contributæ Romanis nebulonibus, aliquid ſtipendij loco tribuatur militaribus, & ceſſabunt a prædis.

Quicũq; MARTINVM LVTHER impugnauerit, hoſtis ueritatis, & Germanicæ nationis merito cenſendus eſt, & adulatoribus curialibus adminiſtrandus, portio eius Pix & Nix.

Quicunq; habet conſcientiam illa legendi, credendi, & implendi deponat tanq; erroneam.

Conuertamur ad Dei mandata ſeruanda, ad timendam excommunicationem ſanctæ trinitatis, ſeparantem a communitate ſupernorum ciuium, quæ fit ob & per mortale peccatum. quid nobis de cartulis Romani Epiſcopi. Epiſcopus eſt in ſuo Epiſcopatu, non noſter Epiſcopus.

F I N I S.

## APPENDIX SANCTISSIMO
rum Bernardi, & Bonauenturæ Theo-
logorum, & omniũ eruditiſſimi
Alberti Magni, quẽ Tho
mas Aquinas de lõ
ge ueniẽs ele
git p̃ce
pto
rẽ.

SANCTVS BERNARDVS IN libro de Conſecratione ad Eugenium libro tertio poſt medium ante finem. Magis deſiderat in Papa plenitudinem iuſtitiæ q̃ꝫ poteſtatis. Alludit Bonauentura in quarto Sententiarum diſtinctione. xxi. Articulo. v. in ſolutione ultimi Argumẽti, his uerbis. Dominus Vicario ſuo plenitudinem poteſtatis contulit, quanta debebat homini puro dari,

& hoc ad edificationem ſui corporis quod eſt ec-
cleſia. Penſiculetur hoc uerbum, debebat, & hoc,
ad edificationem, non utiq́ palatiorum plus q̃ re-
galium, ſed ad fidei, & diuini cultus incrementum,
animarumq́ per miſſas, per prædicationes, per
ſtudium ſacrarum literarum, per largas eelemoſy-
nas, & per bona uitæ exempla ſalutem promouen
dam. Legatur Albertus Magnus ſuper Ioannem
Capitulo decimooctauo, circa hæc uerba. Si non
eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.
Vbi ponit prægnantiſſimam hanc ſententiam, de
ſummis pontificibus. Nõ tibi tradidiſſemus eum,
nos qui ſumus tantæ autoritatis & religionis. ſimi
les adhuc ſummis pontificibus noſtris, qui ex ſola
autoritate innocentes opprimunt, & credi ſibi in
ſanguine uolunt innocentum. Eſt enim de noſtra
autoritate tanta præſumptio, q̄ nihil perperam fa
ciamus. Et Bernardus in Epiſtolis crebro taxat
auaritiam Romanorum, quæ ſtomachum mouit

LVTHERO. Similiter Gloſa or
dinaria Iſaiæ primo meminit, non
eſſe auariorem gentem in to
to mundo q̃ Iudeo-
rum & Roma-
norum.

EXCVSVS EST LIBEL
lus iſte, ſane utilis omnibus Chriſtifide-
libus, apud inclytam ASIÆ
ciuitatem LA
CTO
PHAGAM, ubi plures uigent
LVTHERANI.
Anno poſt Chri-
ſtum na-
tum.
M. D.
XXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=25

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=26
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

alleluia. P. Offi[illegible] Philippi et Jacobi.

Clamaverunt ad te domine in tempore afflictionis sue et tu de celo exaudisti

C



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=28
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

503
Georgs-B.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=29
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=30
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=31
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=32
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

7.

# LAMENTA TIONES GERMANI CÆ NATIO NIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567999270-17/fragment/page=33
Stadtarchiv Dessau-Roßlau